HUGO DE SANCTO VICTORE
Entstehungsort unbestimmt, 12. Jh.
Seite 57r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35481
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

nouo testamento primum homo unda baptismi ablutus signum et nomen professionis suae accipit. ac dein numero fidelium associatus et praeceptis diuinis instructus ad plenam professionem suam accedit. sic antiquus ille populus primum circumcisionem signatus est. postea praeceptis informatus. De sacramentis septem legis. .IIII.

Lex septem tantum continet praecepta. sacramenta. promissa. In praeceptis sed meritum. in promissis sed premium. in sacramentis sed adiutorium. Et praecepta eundum fuerat ad promissa. si quia per se homo firmus erat. uenerunt sacramenta media inter praecepta et promissa quae illum adiuuarent et ad praecepta perficienda et ad promissa obtinenda. Sub lege naturali pauca praecepta erant. pauca sacramenta. sub lege autem septem utique multiplicata sunt. et praecepta scilicet et sacramenta. Nam cum primum medicus ad hominem egrum cuiandum accessisset. totum occupauerat morbus. et totum reliquerat salus. et apposuit in corpore grui humani in primis pauca antidota. et paucis membris. hoc est per solus paucis. ut paulatim morbus deficeret. et salus crescet. Postea sub lege septem remedia plura restituit. et plures reparauit. Sub lege naturali duo praecepta fuerunt. et tria sacramenta. Duo praecepta. quae tibi non uis fieri. alio ne feceris. et quaecumque uultis ut uobis faciant homines. eadem et uos facite illis. Tria sacramenta. decime. oblationes. et sacrificia. Decime in portionibus. oblationes in rebus. sacrificia in animalibus. Sub lege septem multa fuerunt praecepta. et sacramenta multa. Praecepta enim legis septem alia fuerunt mobilia. alia autem immobilia. Mobilia sunt quae ex dispensatione ad tempus sunt ordinata. immobilia sunt. quae natura uenerunt. et ut ita mala sunt ut nullo tempore sine culpa possint fieri. ut ita bona ut nullo tempore